



DONA FERALIA

QVÆ

CINERIBUS

VIRI

SUMME REVERENDI, MAGNIFICI,
ATQVE EXCELLENTISSIMI
DOMINI,

DN. THOMÆ ITTIGI,

LIPSIENSIS,

SS. THEOL. DOCTORIS EJUSDEMQUE PRO-
FESSORIS ORDINARIJ CELEBERRIMI, APUD
LIPSIENSES ATQVE ECCLESIAS VICINAS SUPERINTEN-
DENTIS VIGILANTISSIMI, CONSISTORII ECCLESIASTI-
CI ASSESSORIS GRAVISSIMI, DE MULTISQUE ALIIS
SPLENDIDISSIMIS MUNERIBUS, QUIBUS PRAE-
FUIT, IMMORTALITER MERITI,

CUM DECIMO SEPTIMO CALEND. APRILIS A.R.O. MDCCX.
RITU SOLENNI IN URBE PATRIA TUMULO INFERRENTUR

COLLEGIUM CONCIONATORIUM MAGNUM
DIE JOVIS CELEBRARI SOLITUM TULIT

INTERPRETE

M. JO. CHRIST. LEONHARDI,
CHEMNICENSIS, P. C.



LIPSIÆ,
LITERIS JOH. ANDR. Zschau.





ITTIGIUS rapitur fatis, ite, ite, Magistri,
Ite, quod est vestri muneris, exequias.
Ille ne vos estis cætus, quos Lipsia dudum
Ex usu fandi commomerare solet?
Ille ne, queis cathedræ sanctis conatibus istis
Quintus quisque dies sumitur hebdomadæ?
Ite ergo exequias, & dona feralia ferte,
Hoc quoque nam quondam de grege NOSTER erat.
Exigit id pietas, cuius vos estis alumni;
Sed quoque idem vestræ formula legis habet.
Pendeat ex humeris latè pullatus amictus
Quilibet in tristi nubila fronte gerat.
Triste sit &, quisquis modo differat, argumentum,
Orator partes illacrymantis agat.
Est aliquid, tantum sydus caligine tectum
Ablatamque fera strage videre Pharam.
Est aliquid meritis tam magnum amittere Mystam;
Æquâ tam raro mente carere Viro.
Clericus ITTIGI, Te flet; collegaque torpet
Attonitus cari plus patris orbis ope.
Quaque patet tristi plorat vicinia vultu,
Tradiderat prorsus que sua vota tue.

Lipsia

Lipsia mæsta gemit, cuius Te Præsule Sacra
Teque Dei cultus sospite sospes erat.
Quâque docet sôphicas artes sacrasque iuventam
Lipsia, Te lacrymis laudat & ossa suis.
Forsan & externus Doctoris funera tanti
Orbis deflebit, cui rata fama fuit.
Audistis ne aliquem prisca qui temporis æta
Evolvit mirâ dexteritate sua?
Qui sacra sacrarum plane in penetralia rerum
Fuit? cui dederat mira Suada loqui?
Qui laudem sanctæ gravitatis & instar habebat?
Cujus virtutis vita Magistra fuit?
Noster hic ille fuit, fuit en! ITTIGIUS ille;
(Heu usus tanti quod jacet ingenii!)
Testantur monumenta atque hæc atque illa per orbem,
Doctaque progenies ingenii innumera.
Ast obiit. Solus superest post omnia luctus;
Tot nunc damna affert quot bona tunc habuit.
Et licet in sera rapuerunt fata senectâ,
Et vitæ saturum sopiit alta quies;
Attamen ut propero nunc raptus funere fletur,
In numeros mæstos itur & in gemitus.
Occubuit, jacet; & quondam heu illa illa diserta
Et dulci manans necltare lingua tacet!
Sic est, in mortale genus mors libera sævit
Unaque lex homines obligat atque Viros.
Illa manet doctos, pariter manet illa Potentes,
Illa manet pueros & manet illa senes.

Non

Non parcat meritis, nec votis flectitur ullis,
Nec forte humano subjacet imperio.
Sicque sumus, solidum nihil est in corpore nostro,
Quod non absumat reptilis hora, dies.
Nemo his in terris, quod non mortale sit, optet,
Omnia sunt pulvis; sed mage pulvis homo.
Interea leto sua non deest leta voluptas;
Hec nec spes omnis nostra sub ense cadit.
Non etenim mors hæc Parcarum è stamine pendet,
Vitam nec nostram Numina cæca necant.
Nec miser in nostras regnat quis Jupiter urnas,
Nec stygis infandus nos movet ille Charon.
Scimus quis libret res nostras, fataque nostra,
Quod Numen superùm, quis Pater atque Deus,
Sancti sunt tumuli nostri, sunt sancta sepulcra;
Condunt? atreferant gaudia summa suis.
Non TIBI mors tristes, sed nobis forte, Beate
ITTIGI, aeterno degis in orbe poli.
Præmia debebas operose sumere vite,
Fas erat emensis fluctibus ire domum.
Fas erat in portu corpus componere fessum,
Et letam abjecta sumere nave diem.
Fortunate senex animi, Tibi Regia cæli
Tota patet; festis diffue letitias.
Dum vero in superas sedes natalia regna
Cedis, non nostro desinis esse solo.
Magna Tui quoque pars famæ plaudentibus alis
Ingenti vehitur per vada nostra sono.



78 M 496

ULB Halle 3
001 618 148



TA-506
K118
1017





DONA FERIALIA

QVÆ

CINERIBUS

VIRI

SUMME REVERENDI, MAGNIFICI,
ATQVE EXCELLENTISSIMI

DOMINI,

DN. THOMÆ

STIGLI,

VIENSIENSIS,

ORATORII EJUSDEMQUE PRO-
FESSORII CELEBERRIMI, APUD
VIENSIAS VICINAS SUPERINTEN-
DENTIS CONSISTORII ECCLESIASTI-
CALISSIMI, DE MULTISQUE ALIIS
OFFICIIS, QUIBUS PRAE-
STANTER MERITI,

OBITU ALEN. APRILIS A.R.O. MDCCX.
PATRIA TUMULO INFERRENTUR

OBITUATORIUM MAGNUM
IN PATRIA SOLITUM TULIT

OBITUATORII

OBITUATORII T. LEONHARDI,

OBITUATORII LICENS, P. C.

OBITUATORII PSIAE,

OBITUATORII ANDR. Zschau.

SS. TH
FESSC
LPSIEN
DENTIS
CI A
SPL

CUM

COL

